Das mit fol. 36 alter Paginatur beginnende Präbendenbuch ist aber, wie schon das kleinere Format des Pergamentes zeigt, nicht die Fortsetzung des ersten Fragmentes vom Liber crinitus, sondern von einem jetzt verlorenen Jahrzeitbuch, das auf fol. 35 b. der Anfang eines Capitelsbeschlusses von 1348 enthielt, dessen Fortsetzung hier folgt. Es reicht mit der alten Paginatur bis fol. 54 und enthält fol. 54 a alter oder 65 neuer Paginatur die Jahrzeitstiftung des Propstes Jakob von Rinach von 1353.

Das Präbendenbuch ist nach dem 26. Januar 1323, entstanden, da es den damals verstorbenen Chorherrn Conrad von Gösigen (Gössikon), Propst zu Schönenwerd und Chorherrn zu Zofingen (Jahrzeitbuch Münster, Zofingen, Schönenwerd, Anzeiger für schweizer. Geschichte VII, 497) nicht nennt; nach dem 16. Januar 1324, wegen Verschweigung des Namens des damals verstorbenen Magister Wernherus de Wollishofen (Jahrzeitbuch Münster.) Aber vor dem 2. Febr. 1326 wegen Erwähnung des Custos Jakob von Büttikon.

Vgl. J. E. Kopp, Gesch. d. eidgen. Bünde V, I, 355.

Nr. 373.

1325, Münster.

Chorherr Jakob von Rinach verleiht dem Kaplan Peter von Boswil ein Haus in Münster.

Jacobus de Rinach, Rector Ecclesie in Eggenhen, Canonicus Ecclesie Beronensis, presentium inspectoribus et auditoribus vniuersis, veritatis | subscribe noticiam memorie commendare. Noueritis, quod ego Jacobus prefatus, perfecta

vtilitate Ecclesie et prebendalis mei feodi, contuli | et concessi
 de certo scitu et consensu honorabilis domini Jacobi de Rinach,
 prepositi, et Capituli Ecclesie antedictae, domino Petro de Bos-
 wile, preben- | dario altaris sancti Petri, domum et aream
 eiusdem domus, ac pomerium et ortum eiusdem coniunctos, que
 ab anteriori latere | contiguntur fratre publice et a posteriori
 latere orto quondam Rudolphi dicti Zouingers, et a superiori
 latere pomerio et prato domini | Ulrichi de Rinach, et ab in-
 feriori latere anteriori domui et orto quondam domini Henrici
 de Vilmeringen, et ab eodem latere | posteriori orto quem tenuit
 Arnoldus de Vilmaringen, cuius in Berona. Ita, quod idem
 dominus Petrus eiusque heredes predictam | aream, domum,
 pomerium et ortum perpetuo teneant et possideant iure here-
 ditario et de ipsis censum antiquum nomine Ca- | nonis singulis
 annis domino feodi persoluant. Et insuper, quotienscumque
 feodum ipsum uel domum prefata cum attinenciis suis predictis
 in aliam fuerint personam translata, iuxta consuetudinem Ecclesie
 hactenus obseruatam, vna libra denariorum Monete Zouingensis
 | nomine honorarii, quod vulgo sonat ein ersatz domino feodi,
 qui pro tempore fuerit, persoluantur. Deindeque ille, qui
 honorarium persol- | uerit pacifice possideat bona omnia supra
 dicta. In euidenciam itaque premissorum sigillum meum duxi
 presentibus appendendum, | et de consensu prefatorum domi-
 norum, prepositi et capituli Beronensis, approbari prescripta et
 presentes eorum sigillis petii communiri. Nos | vero Jacobus
 de Rinach, prepositus et capitulum Ecclesie Beronensis omnia
 et singula superscripta approbauimus et ratificauimus, et in |
 euidenciam approbationis, ratificationis et confirmationis omnium
 prescriptorum sigilla nostra ad preces predicti domini Jacobi
 presentibus | duximus appendenda. Acta sunt hec in loco Capituli
 Ecclesie Beronensis, presentibus dominis de Capituli infra scriptis,
 nobis videlicet Jacobo | preposito et Jacobo de Eggenheim pre-
 fatis, domino Henrico filio Dapiferi de Dieffenhouen, doctore
 decretorum, | Wandellero de Escholzmat, Gerungo de Sekingen,
 Wernhero de Schönenberg, et Johanne de Tegeruelt, Canonicis
 | Ecclesie Beronensis, anno domini M^oCCC^oXXV^o.

Das Siegel des Kapitels ist wohl erhalten, die beiden Siegel der Rinach sind beschädigt.

Gedruckt im Geschichtsfrd. XXXII, 194—195.

Nr. 374.

1325, 21. Januar, Münster.

Testament und Jahrzeitstiftung des Kustos Jakob von Büttikon in Münster.

In nomine domini amen. Vniuersis quorum interest uel intererit in futurum Jacobus de Büttikon, Thesaurarius Ecclesie Beronenfis noticiam subscriptorum. Quoniam audiui multos, licet | in affectum volentes in effectum, tamen vsque ad lectum egritudinis differentes de rebus suis disponere, ita subito morte preoccupatos fuisse, ne possint perficere quod volebant. Idcirco ego, ne me forte similiter | eius qua nil cercius preoccupet, sicut fur ita in nocte veniens, incertissima mortis hora, sanus mente et corpore, de rebus meis disposui ordinare, iuxta voluntatem meam inferius annotatam. In primis | itaque lego et in remedium anime mee relinquo Ecclesie Beronensi iam dicte domum meam cum orto et pomerio sitam Berone, ex uno latere habentem domum domini Bertoldi de Sekingen, prebendarii altaris vndecim | milium virginum, et ex alio latere domum domine Margarete, relicte quondam domini Johannis Dapiferi de Wofhusen. Item duo mea Spicaria sita in Berona, ita videlicet, quod tam domus quam spicaria vendantur ut carius | vendi possunt, et de precis possessiones emanent, de quorum fructibus ad tria festa, scilicet beati Augustini in Septembri, et beati Agnetis in Januario et beati Johannis ante portam Latinam in Maio, que festa debent de cetero | annuatim quasi summa festa celebrari sollempniter in Ecclesia Beronensi predicta, sex modii Spelte, pro quolibet, videlicet festo duo in panem redacti distribuantur, tam inter presentes eiusdem ecclesie Canonicos quam absentes. Et quod | superfuerit de possessionum fructibus predictarum, debet pro duabus terciis partibus in mea memoria, quam agi volo annis singulis in die proxima precedente festum beati Johannis in

Maio predictum, equaliter distribui, tam inter Canonicos, quam inter | prebendarios, qui interfuerint vigilie, missae et visitationi sepulchri. Pro residua uero tertia parte ad largam pauperibus erogari. Lego insuper et in remedium anime mee reliquum eidem Ecclesie annum gratie michi sicut et ceteris | post obitum meum in eadem Ecclesia de consuetudine competentem. Ita scilicet, quod fructus anni eiusdem vendantur et de precio possessiones emantur, quarum due partes fructuum in die anniuersarii mei equaliter diuidantur, tam inter Canonicos, quam | prebendarios eiusdem Ecclesie qui, ut supra, interfuerint vigilie, missae et visitationi sepulchri. Residua uero pars tertia ad largam similiter, ut supra, pauperibus erogetur. Preterea lego et in remedium anime mee relinquo Ecclesie | Zouingensi medietatem michi competentem in domo sita in Zouingen, habentem ex uno latere domum Relicte quondam Wernheri dicti Nunlist, ex alio latere medio coram pomerio Ecclesiam, et ex residuis lateribus stratas publicas, cuius altera | medietas pertinet domino Johanni de Büttikon, nunc preposito Zouingensi. Item fructus anni gratie michi sicut et ceteris post diem obitus mei iuxta consuetudinem eiusdem ecclesie Zouingensis competentes. Ita quod tam domus medietas eiusdem | quam fructus anni gratie memorati vendantur et de precio utriusque possessiones emantur, fructusque de ipsis possessionibus prouenientes in duas partes equaliter diuidantur, quarum pars una pro duabus tertiis in die anniuersarii mei distribuatur | equaliter tam inter canonicos quam inter prebendarios qui interfuerint vigilie et missae, eo modo quo requirit predicta consuetudo Ecclesie Zouingensis. Pro residua uero tertia parte predicta medietas ad largam pauperibus erogetur. Altera | vero medietas fructuum predictorum pro duabus tertiis distribuatur eidem Canonicis et prebendariis quibus supra similiter equis portionibus in die Sabbati proxima ante palmas, in qua die meam memoriam annis singulis in eadem Ecclesia perpetuo agi | volo. Residua uero tertia eiusdem medietatis ad largam pauperibus erogetur. Preterea lego et in remedium anime mee relinquo ad fabricam Ecclesie in Knütwile quadraginta

maltera spelte Thuricensis menfure, ita fcilicet | quod affumantur duo uel tres de honeftioribus eiuſdem Eccleſie ſubditis et ab illis exigatur iuramentum corporaliter preſtitum, quod dictum frumentum ad fabricam tantum et non ad alios uſus conuertant Eccleſie ſupradicte. Lego inſuper et in remedium | anime mee reliquo domine Katerine de Büttkon, ſorori domini Johannis prepoſiti Zouingeniſis, ſanctimoniali in Vrowental Ciſtercienciſis ordinis duas libras denariorum. Item duabus Sororibus, filiabus domine Margarete, Relicte quondam domini | Johannis Dapiferi, de Wolhuſen, ibidem Sanctimonialibus, duas libras denariorum, utriusque ſcilicet libram vnā. Item Conuentui ibidem, ſcilicet in Vrowental, tres libras denariorum ad paſtum ſeu refectionem conuertendas communem. Item domine Ite de Büttkon, ſorori mee ſanctimoniali in Gnadental, ordinis ſancte Clare in Baſilea, duas libras denariorum et Conuentui eiufdem Monaſterii tres libras denariorum ad paſtum ſeu refectionem ſimiliter conuertendas communem. Item — — filie quondam Johannis de | Büttkon dicti Ritterfulis, Sanctimoniali in Engelberg, duas libras denariorum et Conuentui eiufdem Monaſterii tres libras denariorum ad refectionem communem. Ad hec volo et mando, quod Conuentui Monaſterii Interlacus due libre ſoluantur de | rebus meis, pro legato domini Johannis quondam de Büttkon eidem conuentui relicto et michi ad exequendum iniuncto. Item lego et in remedium anime mee relinquo Conuentui Sanctimonialium ibidem tres libras denariorum ad | refectionem ſeu paſtum conuertendas communem. Item lego et in remedium anime mee relinquo fratri Rüdolfo de Büttkon, Monacho Monaſterii Sancti Urbani ordinis Ciſtercienciſis tres libras denariorum communium, ſcilicet predictorum Zouingenſium monete | ita ut veſtes, quibus indiguerit de iſtis denariis emantur eidem. Preterea lego ſiue relinquo Anne, vxori Johannis, dicti zem Brunnen, burgenſis in Zouingen, iunioris, et liberis eiufdem Anne quindecim maltera et duos | modios Spelte. Item quadraginta nouem maltera et vnum medium auene. Item duo maltera Siliginis, que omnia depoſita ſunt in Zouingen apud Chünradum dictum de Knütwile, burgenſem ibidem. Item lego eiſdem vnum malterum tritici | et octo quartalia Spelte

et tria maltera Siliginis michi debita nomine census de Scoposa mea sita in Wichen ab Vlrico dicto Am Santwege, qui colit eandem Scoposam. Item lego eidem vnum malterum tritici et quinque modios frumenti, quod dicitur mülikorn depositos aput eundem Vlricum. Demum fide discretorum virorum, videlicet Jacobi de Rinach, Canonici, Burghardi de Küttingen, prebendarii altaris sancte Marie Magdalene | et Magistri Waltheri, doctoris puerorum in Ecclesia Beronenfi, exequenda committo omnia et singula supradicta, scilicet venditionem domorum, spicariorum, fructuum annorum gratie aliarumque rerum ac emptionem possessionum, earumque | traditionem Ecclesiis et personis faciendam, quibus ex mea ordinatione debentur. Eisdem et fidei commissariis singula et vniuersa committo, sine quibus predicta omnia uel eorum aliquod non possent ad executionis effectum perducere. | Hisque omnibus expeditis tunc illud, quod de rebus meis mobilibus inuentum fuerit superesse, siue consistat in metallo, ut vasa argentea, olle et similia, siue in pondere, ut aurum et argentum et similia, siue in numero, ut pecunia | siue in mensura, ut bladum cuiuscunque speciei, vinum oleum et similia, siue in peccoribus, ut boues, equi, porci et similia, siue in lino, ut lectisternia et similia, siue in lana, ut panni, vestimenta et similia, uel in quacunque | alia re consistant. Item de rebus meis immobilibus vnam Scoposam sitam in Wicken, quam colit Vlricus dictus am Santwege prefatus. Item dimidiam Scoposam sitam in Tüffental, quam colit Petrus dictus Swap. | Hoc, inquam, totum mee voluntatis executoribus seu fideicommissariis antedictis, ad pios usus fideliter dispensandum committo, quia etiam omnes res predictas et singulas, statim post obitum meum, ad suam debent recipere custodiam et | seruare, donec predicta perficiant vniuersa, iuxta ordinem superius annotatum. Volo etiam, quod si forte omnes fideicommissarii antedicti predictis exequendis interesse uel noluerint uel non possint, duo uel unus ea nihilominus exequatur. | Studeant autem executores prefati tam sollicite, utiliter et honeste exequi omnia et singula supradicta, ut rectam de hoc possint in die Iudicii deo reddere rationem. Ne uero pre-

dictorum aliquod ex inpotenta fidei- | commiffariorum eorundem,
 uel ex impedimento quorumlibet debito defr(a)udetur exectu-
 tionis effectum, honorabiles uiros dominum Jacobum de Rinach,
 prepositum, Ecclesie Beronensis, et Johannem de Büttikon,
 prepositum Ecclesie Zouingensis, de quibus | tamquam de meis
 dominis ac propinquitate coniunctis gero confidentiam specialem,
 adiutores et defensores predictorum executorum seu fideicom-
 missariorum constituo in hiis scriptis. Ita scilicet, quod quo-
 tiescumque ab eisdem fuerint | requisiti, eos adiuuent ut possint,
 et defendant ne impediatur, a quocumque et qualicumque
 libere exequi supradicta. Rogo etiam omnes prefatos tam
 fideicommissarios quam defensores et adiutores ipsorum, supp-
 licans ex affectu precipue propter deum et propter debitum
 honestatis ut laborem in se sponte suscipiant faciendi predicta.
 Et in eiusdem susceptionis in se facte testimonium, Sigilla sua
 presentibus appendere non recuset. Egoque prefatus | Custos
 in euentiam premissorum omnium Sigillum meum duxi presen-
 tibus appendendum. Acta sunt hec Berone in loco Capituli nostri
 Beronensis, presentibus dominis — — preposito antedicto — — pre-
 posito Episcopalis celle, ¹⁾ Volrico de Seberg. | Wernhero de Schoe-
 nenberg, Wandellario de Escholzmatt, Walthero de Rore, Dietrico
 Sartoris, Magistro Petro de Thurego, Johanne de Tegeruelte,
 Johanne de Baldegge et Volrico de Ruda, Canonicis predictae
 Ecclesie | Beronensis ac aliis quam pluribus fidedignis, anno
 domini M^oCCC^oXXV^o, in die beate Agnetis martiris et virginis.

An der Urkunde hangen folgende Siegel:

1. Dasjenige des Propstes Jakob von Rinach von Münster,
zerbrochen;
2. Das des Propstes Jakob von Büttikon in Zofingen,
stark beschädigt;
3. Das des Chorherrn Jakob von Rinach, Kirchherrn in
Eggenheim;
4. Das Siegel Burkards von Küttingen.
5. Das Siegel Walthers von Rore.

¹⁾ Rudolf von Liebegg, Propst zu Bischofszell.

Das Siegel des Testators fehlt.

Original im Stiftsarchiv Zofingen, jetzt Staatsarchiv Aarau.

Im Liber crinitus fol. 31, b, findet sich ein datumloser Auszug der auf Münster bezüglichen Legate.

Nr. 375.

1325, 25. Januar. Eschenbach.

Rudolf von Liebegg, Propst zu Bischofszell und der Dekan von Cham fixieren das Pfrundeinkommen des Pfarrers von Eschenbach. Im Siegel nennt sich Liebegg Canonicus Beron.

Archiv des Klosters Eschenbach. Geschichtsfrd. X, 120.

Nr. 376.

1325, 6. Februar, Münster.

Verordnung von Propst und Kapitel von Münster über Verwendung der Einkünfte des ersten und zweiten Jahres jedes Chorherren.

Jacobus de Rinach, prepositus, et capitulum Ecclesie Beronenfis, vniuersis, ad quos presentef peruenerint subfriptorum noticiam cum falute. Cum ex racionis debito non tam | presentibus quam futuris nostre teneamur Ecclesie commodif et honoribus, quantum poffumus prouidere, ad ipsius decorif augmentum et neceffarie qua indiget reftaurationis | fubfidium concordiliter ftatuimus et inuiolabiliter ordinamus, quod de cetero post primum annum gratie cuius fructus canonico cuilibet cedenti vel decedenti ex antiquo debentur, fecundum tenorem constitutionis super hoc edite, et confuetudinis hactenus obseruate fructus omnes anni fequentis, fiue canonicif omnibus fiue tantum refidentibus | vel presentibus, aut alias quomodolibet debeantur, quocunq; canonicorum prefencium et futurorum, quomodocunq; a prebenda recedente, uidelicet per mortem, renunciationem, depofitionem, | religionif ingreffum vel permutationem aut alio quouifmodo, ad vfus fabrice dicte Ecclesie nostre cedant, per eum, qui nunc officio ipsius fabrice

preest | vel pro tempore preerit, ad edificationem aut muni-
tionem ipsius Ecclesie vel ornatum, de consilio — — prepositi
et Canonorum tunc presentium, vel maioris partis eorum
totaliter | conuertendi. Ita, quod annis singulis idem officiatu
dictis preposito et canonicis plenam et sufficientem de hiis
teneatur facere rationem. Ceterum de fructibus | primi anni
gratie supra notatis tam Ecclesie nostre pro cedentis anniuersario,
quam aliis cui ipse legauerit secundum antiquam consuetudinem
debitis decla- | ramus, quod ita debentur et cedunt quocunque
Canonorum presentium vel futurorum de sua recedente pre-
benda, videlicet per mortem, per resignationem, depositionem,
religionis | ingressum vel permutationem aut alio modo quo-
cumque, licet de hiis expressa in constitutione predicta facta
mentio non fuisset. Adicientes eidem constitutioni, | quod de
fructibus primi anni, quos Canonicus sic recedens donare vel
legare potest, vna marca pro cappa ad chori ornatum debita
per Cellarium ante | omnia deducatur. Custodi, qui pro tem-
pore fuerit, presentanda, et per eum ad cappe emptionem et
nullos vsus alios nisi aliud per dictos prepositum | et canonicos
ordinatum fuerit, conuertenda. Si tamen idem Canonicus
antea non soluerit cappam vnam. Actum et datum Berone |
sigillis nostris — — prepositi et capituli appensis in euidenciam
premissorum. Anno domini M^oCCCXXV. Octauo Idus Februarii.

Die Siegel sind abgefallen.

Copie im Liber crinitus fol. 56 mit folgendem Nachtrage
vom 13 Mai 1325.

Premissis etiam adicimus, statuentes quod — — Came-
rarius nostre Ecclesie omnes fructus primi anni siue solum
presentibus, siue etiam absentibus de consuetudine debeantur. — —
Procurator vero fabrice, qui pro tempore fuerit, fructus anni
secundi colligere, ac de ipsis rationem reddere teneantur. Nec
possint aliis ipsi fructus, non consentientibus, ac petentibus ad
colligendum committi, nisi causa necessaria, vel euidens Ecclesie
nostre vtilitas id exposcat. Actum Berone, in domo domini
Wernheri de Schöniberg anno eodem, III Iudus Maii.

Vgl. Segesser, Rechtsgeschichte. II, 849—850.

Nr. 377.

1325, 11. April.

Quedam locationes facte sub certo censu de quibusdam bonis in Magten.

Nos Jacobus de Rinach, prepositus et capitulum ecclesie Beronensis, vniuersis ad quos presentes pervenerint volumus fore notum, quod nos vnanimi voluntate contulimus Johanni dicto Wagner scoposam vnam sitam in Magten,¹⁾ quam antea tenuit B. dictus Banwart possidendam iure feodi censualis ut idem Johannes nomine canonis duas vierenzellas spelte et quatuor quartalia auene. mesure Rinfeldensis²⁾ et tres gallinas singulis annis in termino certo censibus ibidem soluendis seruari consueto ecclesie nostre persoluat; preterea contulimus iure hereditario Wernhero dicto Wagner et Anne uxori sue, et prefato Jo., filio ipsorum, eorumque heredibus, dum taxat per directam lineam descendantibus, in perpetuum de bono nostro dicto vff dem güttelen büle, duas scoposas, ut ipsi nomine canonis vnam vierdenzellam siliginis, et vnam vierdenzellam auene prescripto termino ecclesie nostre persolvant. Et in evidenciam premifforum sigilla nostra prepositi et capituli duximus presentibus apponenda. Acta sunt hec in loco capituli ecclesie Beronensis Anno domini MCCCXXV^o. iij^o ydus Appilis.

Copie aus dem 14. Jahrhundert in einem Olsberger Codex das Staatsarchiv in Aarau fol. 4b—5.

Nr. 378.

1325, 30 April.

Vdelheid von Burgenstein, Witwe des Ritters Rudolf von Hallwyl schenkt dem Kloster Interlaken mit Zustimmung des Stiftes ihre Güter zu Muhen, Grenchen, Rüderswil und Hendschikon.

¹⁾ Liber crinitus fol. 28 b. Magtyn.

²⁾ Ibid. Rinueden.

Ich Vdelheit von Burgenstein, etwenne elichù wirti hern Rûdoffs von Halwile, ritters, vurgien mit disem briefe, daz | ich bedachtlich, willeklich, und unbetwungen, dur Goth vnd dur min vnd miner vordron selen heil, han gegeben, vnd gever | tiget, vnd gibe vnd vertigon mit rate, gunst vnd willen hern Jordans mines vogtes, vnd hern Chûnrads von Burgenstein, | miner brûdron, rittern, disú min gúeter, dú hie nach geschriben sint: mit namen daz gûth ze Mûchhein, ze Grenchon, ze | Rúederswile vnd ze Hentschenkon, dien erwirdigen vnd geislichen in Gotthe, dem probste vnd dem gotshus von Interlappen, | ze habenne vnd ze niezenne ewklich vnd frilich, mit wasser, weide, acher, matton, holtz, vnd velde, gebuwem vnd ungebuwem, | vnd mit aller eheftigi, nutz vnd rechte, so darzú höret oder hören sol, Ich globen och an gúten trüwen, an alle geverde, von mir | und allen minen erben, und nakomen harwider niemer zetüenne, noch niemanne gehellen der harwider tûn wólti. Ich han och ze | voller sicherheit erworben von dien erwirdigen herren in Gotthe, dem probste, dem Kuster vnd dem capitel des gotzhus von | Múnster in Ergowe, daz si dú vorgenanten gúeter gúvertigot vnd vúrlúwen hein die(n) vorgeschribnen von Interlappen, mit briefen | vnd sicherheit als si notdúrfchtig sint. Sonder die vorgenanten von Interlappen heint angesehen minen gúten willen vnd gunst, die | ich ze inen han, vnd hein mir einiger dú egeschriben gúeter wider vúrlúwen ze lipdinge ze minem lebenne, umb fúnf schillinge | gemeiner phenningen, die ich inen weren sol jarlich ze cinse an sant Andres tage ze Thune. Vnd swenne ich erstirbe, so sol noch | mag enhein min erbe noch nachkome an dú vorgenannten gueter, von minen wegen vorder, recht oder khein ansprach han. Vnd | wand ich ingesigels niht han, so gib ich inen disen brief besigelten mit dien ingesigeln der vorgeschribnen hern Jordans und | hern Chûnrads miner brûdron. Wir Jordan vnd Chûnrat, brûdre von Burgenstein, ritter, die vorgenanten vúrgien, daz dú gabe | und gift der vorgenanter gúetren ze Mûchhein, ze Grenchon ze Rúederswile vnd ze Hentschenkon als vorgeschriben ist, dú ge | schehen ist von

unser swester Vedelheit, der vorgeanten, dien geislichen in gothe, dem probst und dem Gotzhus von Interlappen | mit únsrem rate, gúnt und gútem willen ist volbracht, vnd vertigen si öch, als verre wir sullen vnd muge, öch mit ir an | disem briefe. Vnd ze einer ewiger sicherheit, stetz und getzugsamj aller dirre vorgeschribnen dingen, so hein wir dur bette | der egenanten Vedelheit, únsrer swester, disen brief bústet, vnd gevestet mit únsren ingesigeln. Gezúge, die harzú gelat vnd | gerúeft wurden, sint die erberen lúte: Her Heinrich von Raron, vrige, Her Uolrich von Grúenberg, her Heinrich von Ride, | rittre, Mangolt von Rinkenberg, Chúnrat von Múlinon, vnd ander gnúge. Dirre brief wart geben an sant Walpurg abende, | dū mon tzalte von Gotthes geburt drizehnhundert vnd fúnf vnd tzwanzig jar. W.

Von 2 Siegeln hängt nur noch das des Ritters Jordan von Burgenstein, mit der Umschrift: † S. Jordani de Burgenstein. Mil'.

Original im Berner Staatsarchiv, Fach Interlaken. Gedruckt: *Fontes rerum Bernensium*, V, 453.

Nr. 379.

1325, 13. Oktober. Dießenhofen, im Hofe der Truchsess.

H. Truchseß von Dießenhofen,¹⁾ Custos zu Münster, der Abt von Stein, der Kirchherr von Andelfingen und der Leutpriester zu Dießenhofen schlichten einen Streit.

Archiv Schaffhausen. Kopp VI, 235.

¹⁾ Heinrich Truchseß von Dießenhofen studierte 1316—1324 in Bologna; 1319 war er procurator nationis Germanicae, 1324 rector universitatis und Mitglied der Kommission für Verwaltung des Vermögens der Studenten deutscher Nation. Erneft Friedlaender et Carolus Malagola, *Acta nationis Germanicae universitatis Bononensis*, Berlin 1887, 71, 77.